

ԱՄՆ ՀԱՆՔ յԱԼ ԻՄԻՆԷ ՆԱԿԱՆԷ :

ԱՄՆ ՀԱՆՔ est nominativus pluralis cum nomine adjectivo
 յԱԼ ԻՄԻՆԷ ՆԱԿԱՆԷ in eodem casu conveniente. sic e.g. peccatoribus
 illiserunt Cruciatuſ æterni.

In his paucissimis verbis omne infernalium pœnarum genus
 comprehenditur, id est Pœna Damni, Sensus, animi,
 Desperatio sine spe Veniæ solatiique, denique nunquam
 finienda aternitas. Sentient nimirum peccatores illi
 pœnam Damni, quia audire non poterunt vocem justissimi
 Vindicis Dei illis aclamantis Discedite à me in ignem
 æternum. Math. 25. 41. Percipient pœnam Sensus, quia
 Vermis impiorum non moritur, et ignis non extinguitur.
 Marc. 9. 47. Pœniuntur autem igne, quia ignis optime congruit
 igni concupiscentiæ, quo arserunt et cui indulserunt in hac vita
 peccatores.